

## ŠV. STEPONAS, PIRMASIS KANKINYS

*Diakonas Steponas, kurį žydai mirtinai užmėtė akmenimis Bažnyčios užgimimo priešaušryje, visada sulaukdavo ir sulaukia ypatingos tikinčiųjų pagarbos. Išskilmės šio šventojo garbei švenčiamos antrąją Kalėdų dieną. Tuo pabrėžiama, kad šv. Steponas, visiškai išsižadėjęs savęs, tapo panašus į Kristų. Bažnyčia akcentuoja didingą gailestingumo pavyzdį, kurį parodė šv. Steponas, kai, kaip ir Išganytojas, meldėsi už savo budelius (kolekta).*

### Introitus

*Ps. 118, 23, 86 et 23.* Sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur: et iníqui persecúti sunt me: ádiuva me, Dómine, Deus meus, quia servus tuus exercebátur in tuis iustificatió nibus.

*Ps. 118, 1.* Beati immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini.

### Collecta

Da nobis, quæsumus, Dómine, imitári quod cólimus: ut discámus et inimícos dilígere; quia eius natalícia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat...

### Lectio

*Lectio Actum Apostolorum. (Act. 6, 8–10; 7, 54–59)*

In diebus illis: Stéphanus plenus grátia et fortitú dine, faciébat prodígia et signa magna in pópulo. Surrexérunt autem quidam de synagóga,

### Introitas

*Ps 118, 23, 86 ir 23.* Sėdėjo kunigaikščiai ir kalbėjo prieš mane, ir nedorėliai persekiojo mane: padėk man, Viešpatie, mano Dieve, nes tavo tarnas rūpinasi tavo įstatais.

*Ps 118, 1.* Palaiminti nesuteptieji kelyje, kurie vaikščioja Viešpaties įstatyme.

### Kolekta

Padėk mums, Tave meldžiame, Viešpatie, sekti tuo, ką šloviname, kad išmoktume ir priešus mylėti, nes Tojo gimimą švenčiame, kuris mokėjo net už savo persekiotojus melsti mūsų Viešpatį Jėzų Kristų, Tavo Sūnų, kuris su Tavimi gyvena ir viešpatauja...

### Skaitinys

*Skaitinys iš Apaštalų darbų knygos. (Apd 6, 8–10; 7, 54–59)*

Anomis dienomis: Steponas, pilnas malonės ir galios, darė žmonėse didžiųjų ženklų ir stebuklų. Tuomet pakilo kai kurie iš vadinamosios liber-

quæ appellátur Libertinórum, et Cyrenénsium, et Alexandrinórum, et eórum, qui erant a Cilícia et Asia, disputántes cum Stéphano: et non póterant resistere sapiéntiæ et Spíritui, qui loquebátur. Audiéntes autem hæc, dissecabántur córdibus suis, et stridébant déntibus in eum. Cum autem esset Stéphanus plenus Spíritu Sancto, inténdens in cælum, vidit glóriam Dei, et Iesum stantem a dextris Dei. Et ait: Ecce, vídeo cælos apértos, et Fílium hóminis stantem a dextris Dei. Exclamántes autem voce magna continuérunt aures suas, et ímpetum fecerunt unánimiter in eum. Et eiiciéntes eum extra civitatem, lapidábant: et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis, qui vocabátur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocántem et dicéntem: Dómine Iesu, súscipe spíritum meum. Pósisit autem génibus, clamávit voce magna, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cum hoc dixisset, obdormívit in Dómino.

### **Graduale**

*Ps. 118, 23 et 86.* Sedérunt príncipes, et advérsus me loquebántur: et iníqui persecúti sunt me.

*Ps. 6, 5. V.* Adiuva me, Dómine, Deus meus: salvum me fac propter misericórdiam tuam.

### **Alleluia**

tinų sinagogos, iš kirėniečių, aleksandriečių ir iš Kilikijos bei Azijos ir mėgino ginčytis su Steponu. Tačiau jie negalėjo atsispirti išminčiai ir Dvasiai, kurios įkvėptas jis kalbėjo. Tai išgirdę, jie baisiai įniršo ir ėmė ant jo griežti dantimis. O Steponas, kupinas Šventosios Dvasios, žvelgė į dangų ir išvydo Dievo šlovę ir Jėzų, stovintį Dievo dešinėje. Jis tarė: „Štai regiu atsivėrusį dangų ir Žmogaus Sūnų, stovintį Dievo dešinėje.“ Tada, baisiai rėkdami, jie užsikimšo ausis ir visi kaip vienas puolė jį, išsitempė už miesto ir užmušė akmenimis. Liudytojai pasidėjo savo drabužius prie kojų vieno jauno vyro, vardu Saulius. Taip jie mušė akmenimis Steponą, o jis šaukė: „Viešpatie Jėzau, priimk mano dvasią!“ Pagaliau suklypęs galingu balsu sušuko: „Viešpatie, neįskaityk jiems šios nuodėmės!“ Ir, tai ištaręs, užmigo Viešpatyje.

### **Gradualas**

*Ps 118, 23 ir 86.* Sėdėjo kunigaikščiai ir kalbėjo prieš mane, ir nedorėliai persekiojo mane.

*Ps 6, 5. V.* Padėk man, Viešpatie, mano Dieve, gelbėk mane savo gailingumu.

### **Aleliuja**

Allelúia, allelúia.

*Act. 7, 55. V. Vídeo cælos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei. Allelúia.*

### **Evangelium**

*Sequéntia sancti Evangélij secun-  
dum Matthæum. (Matth. 23, 34–39)*

In illo témpore: Dicébat Iesus scribis et pharisæis: Ecce, ego mitto ad vos prophétas, et sapiéntes, et scribas, et ex illis occidétis et crucifigétis, et ex eis flagellábitis in synagógis vestris, et persequémini de civitaté in civitatém: ut véniat super vos omnis sanguis iustus, qui effúsus est super terram, a ságuine Abel iusti usque ad ságuinem Zachariæ, filii Barachíæ, quem occidístis inter templum et altáre. Amen, dico vobis, vénient hæc ómnia super generatiónem istam. Ierúsalem, Ierúsalem, quæ occidís prophétas, et lápidas eos, qui ad te missi sunt, quóies vólui congregáre filios tuos, quemádmódum gallína cóngregat pullos suos sub alas, et noluísti? Ecce, relinquétur vobis domus vestra desérta. Dico enim vobis, non me vidébitis ámodo, donec dicátis: Benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

### **Offertorium**

*Act. 6, 5 et 7, 59. Elegérunt Apóstoli Stéphanum Levítam, plenum fide et Spíritu Sancto: quem lapidavérunt*

Aleliuja, aleliuja.

*Apd 7, 55. V. Regiu atsivėrusį dan-  
gų ir Jėzų, stovintį visagalio Dievo  
dešinėje. Aleliuja.*

### **Evangelija**

*Šventosios Evangelijos pagal Matą  
tėsinys. (Mt 23, 34–39)*

Anuo metu: Jėzus kalbėjo Rašto aiškintojams ir fariziejams: Štai siunčiu pas jus pranašų, išminčių ir Rašto aiškintojų. Vienus iš jų jūs užmušite ir nukryžiuosite, kitus plaksite sinagogose ir persekiosite nuo miesto iki miesto, kad ant jūsų kristų visas nekaltas kraujas, išlietas žemėje, pradedant teisiojo Abelio krauju ir baigiant krauju Barachijo sūnaus Zacharijo, kurį jūs nužudėte tarp šventovės ir aukuro. Iš tiesų sakau jums: visa tai ištiks šitą kartą. Jeruzale, Jeruzale! Tu žudai pranašus ir užmuši akmenimis tuos, kurie pas tave siųsti. Kiek kartų norėjau surinkti tavo vaikus, kaip višta surenka savo viščiukus po sparnais, o tu nenorėjai! „Štai jūsų namai bus jums palikti tušti.“ Taigi aš jums sakau: nuo dabar jūs manęs nebemатыsite, kol netarsite: „Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu!“

### **Ofertorijus**

*Apd 6, 5 ir 7, 59. Apaštalai išrinko Steponą, vyrą, kupiną tikėjimo ir Šventosios Dvasios: jį žydai užmušė*

Iudæi orántem, et dicéntem: Dómine Iesu, áccipe spíritum meum, allelúia.

### **Secreta**

Súscipe, Dómine, múnera pro tuórum commemoratióne Sanctórum: ut, sicut illos pássio glorióso effécit; ita nos devótio reddat innócuos. Per Dominum nostrum...

### **Præfatio de Nativitate Domini**

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus. Quia per incarnati Verbi mysterium nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit: ut visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni militia cælestis exercitus hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes: Sanctus.

### **Communio**

*Act. 7, 55, 58 et 59.* Vídeo cælos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei: Dómine Iesu, accipe spíritum meum, et ne státuas illis hoc peccátum.

### **Postcommunio**

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: et, intercedénte beáto Sté-

akmeninis besimeldžiantį ir sakantį: Viešpatie Jėzau, priimk mano dvasią. Aleliuja.

### **Secreta**

Priimk, Viešpatie, aukas, minint Tavo šventuosius, kad, kaip jų kančia atnešė jiems šlovę, taip ir mūsų pamaldumas padarytų mus laisvus nuo kalčių. Per mūsų Viešpatį...

### **Viešpaties Gimimo prefacija**

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Slaptingu Žodžio Įsikūnijimu nauja Tavosios garbės šviesa mūsų dvasiai sužibo, idant mes, regimai pažinę žmogumi tapusį Dievą, per Jį pamiltume neregimąsias vertybes. Todėl su angelais ir arkangelais, su sostais ir viešpatystėmis ir su visa dangaus armijos kariauna giedame Tavo garbės himną, be perstojo sakydami: Šventas.

### **Komunija**

*Apd 7, 55, 58 ir 59.* Regiu atsivėrusį dangų ir Jėzų, stovintį Dievo dešinėje. Viešpatie Jėzau, priimk mano dvasią ir nelaikyk tai jiems nuodėme.

### **Postkomunija**

Tepadeda mums, Viešpatie, priimtosios paslaptys ir šventojo Stepono,

phano Martyre tuo, sempiterna pro-  
tectione confirment. Per Dominum  
nostrum...

Tavo kankinio, utarimu teutikrina  
amzinaj globa. Per mus Viepati...